

# Jakub Sawicki

---

## Epizod z dziejów lwowskiej kapituły katedralnej o. ł.

---

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 21/1-2, 29-38

---

1978

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

JAKUB SAWICKI

**EPIZOD Z DZIEJÓW  
LWOWSKIEJ KAPITUŁY KATEDRALNEJ O.Ł.**

Władysław Abraham kreśląc mistrzowskim piórem swoje uwagi o synodach lwowskich z XV wieku<sup>1</sup> posłużył się dwoma źródłami rękopiśmiennymi, do onego czasu nie wykorzystanymi. Jednym z nich to zapis o lwowskim synodzie prowincjalnym odprawionym między r. 1437 a 1440, i o drugim takimże synodzie odprawionym dnia 16 sierpnia 1440, oba we Lwowie, przedrukowany przez Abrahama prawie w całości<sup>2</sup>, a zawarty w rękopisie Biblioteki Raczyńskich w Poznaniu sygn. II HC 11 (nr katalogu 143)<sup>3</sup> na k. 63, drugim zaś źródłem była kopia pisma kapituły katedralnej lwowskiej o.ł. do świeżo obranego papieża Mikołaja V z roku 1447 lub 1448 ze skargą na arcybiskupa lwowskiego Jana Odrowąża (1437—1450) w sporze o wykonywanie praw duszpasterskich lwowskiej parafii katedralnej, znajdująca się w Tajnym Archiwum Watykańskim w tomie 419 regestów suplik papieża Mikołaja V na k. 47—50<sup>4</sup>. Z tego obszernego pisma przedrukował Abraham jednakże tylko kilka drobnych fragmentów, zawierających wzmianki o synodach lwowskich tak prowincjalnych, jak i diecezjalnych, zaś całość tej supliki scharakteryzował jedynie krótkim stwierdzeniem, że „skargi te są jednak materiałem dość jednostronnym, więc się na nim bez zastrzeżeń oprzeć nie można, tym bardziej, że wiadomości o synodach, które zwoływał, kładą przypuszczać, że mu przecież dobro diecezji leżało na sercu”<sup>5</sup>. Po-

<sup>1</sup> Abraham Władysław, *Kilka szczegółów o synodach lwowskich z wieku XV*. Gazeta kościelna R. 16: 1908 nr 44 s. 522—524 i odb. (bez m. i r.) ss. 7.

<sup>2</sup> Abraham W., *Kilka szczegółów o.c.* (odbitka) s. 2—4. W całości zapis ten przedrukował Sawicki Jakub, *Concilia Poloniae. Źródła i studia krytyczne*. T. IV. *Najdawniejsze statuty synodalne diecezji chełmskiej z XV w.*, Lublin 1948, s. 41.

<sup>3</sup> Pełny opis tego cennego rękopisu patrz Sawicki, *Concilia Poloniae* T. IV, o.c. s. 27—51.

<sup>4</sup> Kopia tego pisma sporządzona ręką rzymskiego kopisty z rękopisu tomu 419 suplik Mikołaja V znalazła się w moim posiadaniu z niektórymi papierami ze spuścizny po Władysławie Abrahamie. Miałem sposobność skolacjonowania tej kopii z mikrofilmem tego tekstu w tomie suplik.

<sup>5</sup> Abraham, *Kilka szczegółów*, l.c. s. 4.

dziwu godna jest tu powściągliwość A b r a h a m a w ferowaniu sądów i wyroków o kontrowersyjnej osobie tego hierarchy, którego namiętne spory z własnym duchowieństwem oparły się aż o samego króla i o Stolicę Apostolską, i który zmarł w cenzurach kościelnych, nałożonych nań z ramienia Stolicy Apostolskiej. Lecz cytowana wyżej opinia, stająca jak gdyby w obronie awanturniczego arcybiskupa, zaostrza naszą ciekawość i pragnienie bliższego zapoznania się z obszernym memoriałem kapituły lwowskiej, broniącej swych uprawnień pogwałconych przez ordynariusza, zapewne nie zawsze bezstronnie i beznamiętnie, lecz na pewno nie bez rzeczowej podstawy.

Puklikowany tu poraz pierwszy w całości ten ciekawy tekst jest znakomitym przyczynkiem do charakterystyki osoby arcybiskupa i jego ryzykownych manewrów kościelno-politycznych na tle zmagani o supremację soboru nad papieżem, poruszających umysły ówczesnego świata, a zarazem oświetla metody rządzenia tego hierarchy, które zmobilizowały przeciwko niemu całe duchowieństwo jego stolicy biskupiej, a nadto uwikłały go w procesy, które oparły się aż o prymasowskie Gniezno i Rzym <sup>6</sup>.

Kanonistę badającego zagadnienie stosunków między państwem a Kościołem w Polsce w aspekcie historycznym, jak również historyka prawa i ustroju dawnej Polski zainteresować musi szczególnie ustęp listu kapituły lwowskiej, mówiący o interwencji monarchy w sporze między arcybiskupem lwowskim a jego kapitułą katedralną o prawa duszpasterskie parafii katedralnej i płynące stąd dochody, a w następstwie i z całym duchowieństwem, miasta Lwowa, a więc w sprawie wewnątrzkościelnej, której charakter kwalifikował ją jedynie przed forum kościelne. Lecz przebieg sporu był, jak wynika z pisma kapituły, zgoła dramatyczny, a środki w nim zastosowane odbijały się na żywotnych interesach mieszkańców miasta (interdykt) i musiały budzić zgorszenie publiczne i ogólny niepokój. Inicjatywa, by szukać pomocy u monarchy, wyszła najpewniej od samej kapituły, lecz trudno odrzucić myśl, że do tej akcji przyłączyły się i różne osobistości świeckie. Spory toczony z obu stron z zaciętością i nieustępliwością zagrażać począły porządkowi a może nawet i bezpieczeństwu publicznemu. Kapituła jako strona słabsza w tej walce, zwłaszcza wobec osobistego zagrożenia jej członków przez uzbrojoną służbę arcybiskupią, wygładała z utęsknieniem interwencji z zewnątrz. Pomocy mogła ona oczekiwać jedynie od monarchy i na pewno z napięciem śledziła przebieg procesu elekcyjnego toczącego się w celu obsadzenia tronu po śmierci Władysława Warneńczyka. Jak gorąca musiała być sytuacja, o tym świadczy szczegół podkreślony w samej

<sup>6</sup> Sawicki J., *Concilia Poloniae T. IV* o.c. s. 15—19.

suplice, iż w sam dzień koronacji nowego króla kapituła już zdążyła nowo koronowanemu królowi Kazimierzowi przedłożyć swoją skargę. Król natychmiast zajął się sprawą i korzystając z obecności na uroczystościach koronacyjnych kompletu biskupów łącznie z arcybiskupem lwowskim, wyznaczył komisję złożoną z arcybiskupa gnieźnieńskiego i pięciu biskupów, która miała zbadać i zreferować królowi meritum sprawy. Lecz butny i wojowniczy arcybiskup lwowski na ten skład osób nie wyraził zgody „in quos... consentire recusavit”, widocznie więc — jak z tego wynika — król zamierzał złożyć rodzaj sądu polubownego pod swoim przewodnictwem. Dopiero pod naciskiem króla arcybiskup lwowski wyraził zgodę na osoby dwóch krakowskich kanoników, którzy jednak wydali opinię dla arcybiskupa zgoła niekorzystną. Niezależnie od tego król polecił staroście lwowskiemu, aby przywrócił kapitule jej prawa pogwałcone przez arcybiskupa, a więc wkroczył swoim zarządzeniem o charakterze aktu władzy zwierzchniej bezpośrednio w sam spór. Również na zjeździe walnym, który zebrał się dwa miesiące później, król podjął sprawę na nowo i zarówno w orędziu ustnym jak i na piśmie powtórzył swój nakaz. Nie wiele jednak pomogły nakazy królewskie, skoro kapituła zdecydowała się jesienią 1447 roku wysłać swoją suplikę do Rzymu, nie pomogły widać i pacyfikacyjne decyzje i dyspensy Stolicy apostolskiej z daty 27 IV 1448 r., jak i dalsze próby mediacyjne króla. Nie musiało być spokojnie w królewskim mieście Lwowie, skoro król w 1449 roku powtórnie zgodził się na podjęcie ponownej próby mediacji, tym razem w formie najbardziej uroczystej, i wezwał zarówno arcybiskupa jak i duchowieństwo lwowskie na zjazd walny zwołany na dzień 6 grudnia 1449 roku do Piotrkowa, gdzie miał zważnionym stronom przedstawić propozycje ugodowe<sup>7</sup>.

Powstaje pytanie, na jakiej podstawie prawnej i z jakiego tytułu działał król w tej zawikłanej sprawie, interweniując nawet przez organa swojej władzy wykonawczej, czy jako obrońca porządku i bezpieczeństwa publicznego i spokoju społecznego, czy w innym? Tylko jedna odpowiedź na to pytanie wydaje mi się trafną, a opiera się ona na fakcie, że nikt z duchowieństwa zainteresowanego w sporze i nikt z członków hierarchii kościelnej nie przeciwstawił się tej ingerencji króla w wewnętrzne sprawy Kościoła skądinąd tak pilnie strzeżone w swej odrębności przed świecką ingerencją, a przeciwnie, tej ingerencji zainteresowani, przede wszystkim duchowni właśnie, wyraźnie się domagali. Odpowiedzią jest взгляд na układ sił w rozwoju historycznym, tkwiący korzeniami jeszcze w okresie monarchii piastowskiej przyznający królowi atrybut obrońcy i opiekuna Kościoła (advocatus Ecclesiae), nakładający na monarchę obowiązek czuwania nad prawidłowością życia zew-

<sup>7</sup> Tamże, s. 17—18.

trznego i wewnętrznego Kościoła i wkraczania wszędzie tam, gdzie jego pomoc przy utrzymaniu lub przywróceniu tej prawidłowości okazałaby się konieczną, zwłaszcza w przypadku, gdy o taką interwencję strony zainteresowane do niego się zwrócą. Jest to bowiem istotna treść władzy królewskiej w stosunku do Kościoła, występującej w systemie zwierzchnictwa państwowego nad Kościołem. Przejawów tego zwierzchnictwa nie brakło i w Polsce epoki feudalnej, jak tego dowodzą chociażby takie fakty, jak wyposażanie przez monarchę nowoutworzonych biskupstw czy kapituł, ustawodawstwo królewskie przeciwko heretykom, udzielanie sądom kościelnym pomocy ramienia świeckiego, wpływ na obsadzenie stolic biskupich, lub nawet zasięganie zezwolenia królewskiego na wyjazd poza granice kraju<sup>8</sup>.

Publikowany tu tekst dostarcza nam nowych przykładów wykonywania przez króla uprawnień płynących ze zwierzchnictwa państwowego nad Kościołem w Polsce w dobie popiastowskiej.

(f. 47)

Beatissime Pater

Cum olim ecclesia metropolitana existens in civitate Haliciensi, que fuit auctoritate apostolica translata ad tunc parrochiale ecclesiam Beate Marie de iure patronatus regis Polonie civitatis Leopoliensis, que fuit evecta in huiusmodi metropolitanam<sup>a</sup>, deinde bone memorie Johannes<sup>b</sup> archiepiscopus Leopoliensis de mense iunii anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo curam animarum parrochianorum eiusdem Sancte Marie ecclesie ac illius antiquos fructus de mandato regio, ad quem ius patronatus spectabat, et ut melius in divinis dicte ecclesie deserviretur, mense capitulari eiusdem ecclesie concessit seu univit possessione assecuta, qui eidem parrochie per illorum vicarium ad eorum nutum revocabilem commictebant. Postquam autem ipsi capitulum dictam parrochiam per decem annos pacifice et quiete in regimine habuissent, omnes<sup>c</sup> fructus et redditus exinde provenientes ceperunt; dum autem de anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo vel circa permittente divina maiestate viguisset pestilencia in civitate Leopoliensi et nonnulli de hac luce migrantes ob suarum animarum salutem cingulos argenteos, picareos seu coppos<sup>1</sup> argenteos et etiam deauratos pro calicibus et cruce formandis ac pecunias pro edificio ecclesie legarint, audiens hoc dominus archiepiscopus modernus Leopoliensis capitulum blandis

<sup>8</sup> Sawicki J., *Przyczynek do problemu zwierzchnictwa Królewskiego nad Kościołem w Polsce XVI wieku*. Czas, prawnohist. T. 14: 1962 z. 1 s. 167—173.

<sup>a</sup> metropolitam rkp. <sup>b</sup> Johannis rkp. <sup>c</sup> omnis rkp.

<sup>1</sup> picareos seu coppos = puchary czyli kielichy

verbis allocutus est, ut sibi prefatos cingulos, picarios sive coppos comprestarent, promittens equalitatem ponderis argenti pro reparandis calicibus reponere; ipsi capitulum, ut verbis prelati huiusmodi credentes singulos picarios ac argentum in manus tradirerunt eidem fidem adhibentes creditivam. Tempore autem non brevi elapso prefatus dominus archiepiscopus cingulos et picarios ac argentum predictum sibi incorporans nichil fecit ad ea, que promiserat, et videntes homines utriusque sexus amici et cognati qui pro animarum suorum<sup>d</sup> predecessorum predictorum salute hec legaverunt, familiares dicti archiepiscopi in cingulis incidere argenteis huiusmodi et archiepiscopum uti pro decore mense sue picariis, quamplurimum contra capitulum murmuraverunt dicentes eisdem propriis in personis: ecce quomodo legata pro calicibus et cruce utuntur (f. 47v) ad laudem humani et pro cultu divino.<sup>e</sup> Considerans vero capitulum se verbis huiusmodi hominum impulsu, pro prefatis dominum archiepiscopum in capitulo capitulariter congregati<sup>f</sup> verbaliter monuerunt, ut illa, que promiserat, ipsis viceversa reponeret; dominus tamen archiepiscopus furore repletus prorupit in verba dicens: Nonne vestra est ecclesia et ea, que illius sunt, omnia nostra sunt, possumus cum illis facere, que volumus, et sic usque modo omnia predicta pro se usurpavit et retinet et ex illo zelum et indignationem contra capitulum habuit et exposit semper usque in presentem diem habet.

Eo tempore felicitis recordacionis dominus Eugenius predecessor S.V. suas certas bullas ad dominum episcopum Premisliensem, ut archiepiscopum Leopoliensem taxaret, qui nondum taxatus in Camera apostolica existebat, et ut de mediis fructibus fieret solutio eidem apostolice Camere, transmiserat. Dominus episcopus Premisliensis, ut filius obediencie, per procuratorem suum taxavit predictum archiepiscopum vigore predictarum litterarum apostolicarum (et)<sup>g</sup> monuit in capitulo, ut de mediis fructibus mitteret, qui archiepiscopus asseruit taxam non ad tantam summam se extendere, et sic dissimulans dimisit solutionem predictorum mediorum fructuum, quos etiam de presenti solvere debet, et deinde se transtulit ad obedienciam Concilii Basiliensis ac Amadei antipape et ab illa sibi de anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo primo de mense Augusti nonnullas pretensas litteras impetravit obmissa mencione de huiusmodi possessione capituli antiquorum fructuum predictae parrochialis ecclesie, in quibus continetur facultas data archiepiscopo predicto eligendi in ecclesia Leopoliensi quatuor novos canonicos et dotandi illos de fructibus mense capitularis sic, ut premittitur, iam concessis et unitis

d suarum rkp. e może tekst tu zdeformowany przez kopistę f congregatis rkp. g wyrazu tego brak w rkp.

et, ut dicatur, iam longo tempore possessis pacifice et quiete; postmodum capitulo non vocato nec dictis prebendis sic fundatis prefatum capitulum per suas pretensas litteras dominus archiepiscopus monuit, ne extunc de fructibus predictis se intromicerent sub penis excommunicationis, quam contrafacientes incurrerent ipso facto. A qua monicione prefati capitulum, quamvis per presens essent de obediencia sanctissimi domini Eugenii, sed compulsi per dictum dominum (f. 48) archiepiscopum, qui se assertum legatum in partibus Concilii Basiliensis nominabat et in sinodo eiusdem legationis<sup>2</sup> bullas publicando nominabatur invocans brachium seculare contra non obedientes concilio, ad presens Basiliense Concilium appellarunt, et de post iterum eosdem monuit, ut de iure suo coram eo deteret<sup>h</sup> vel coram ipsius officiali, et tamen fructus interim dimicterent, et sub simili pena excommunicationis reddituarios<sup>1</sup> dicte parrochie monuit, ne eisdem capitulo de dictis fructibus responderent, quosque iura ipsorum examinaret, et licet idem capitulum de hoc docuerit, tamen irrationabiliter ipsos dictis fructibus et regimine huiusmodi parrochie spoliavit; hiis minime contentus prohibuit prefatis capitulo ingressum ecclesie, quamvis procurator eiusdem reclamando dixit se et partem suam tueri velle appellacione legitime interposita et sic locis religiosorum ac alibi divina celebraverunt. Audiens hec archiepiscopus fecit eos publice excommunicatos in ecclesia Leopoliensi denunciari. Et postmodum de sinodo per ipsum in eadem ecclesia celebrata<sup>3</sup> illos exclusit asserens eos fore excommunicatos. Et quamvis predicti capitulum multociens petiverunt a prefato archiepiscopo iudicem sibi dari videlicet unum de suis<sup>j</sup> suffraganeis ad aliquem ex doctoribus Cracoviensibus, ymmo episcopum Premisliensem adiverunt precibus. Idem per quatuordecim miliaria ivit ad prefatum dominum archiepiscopum supplicando sibi, ut a tali violencia desisteret, insuper et fratrem suum germanum ac dominum castellanum Cracoviensem ad hec facienda induxit, tamen dura vice denegavit dare<sup>k</sup> huiusmodi iudices, propter quod illustrissimus princeps dominus Wladislaus etc. Polonie in Ungaria protunc existens prefato domino archiepiscopo per sua scripta demandaverat, quatenus prefatum capitulum in pristina dimicteret possessione, quousque propria in persona ad illos partes feliciter veniret. Et altera vice prefatus dominus rex commisit episcopo Chelmensi ac castellano Leopoliensi hanc causam terminandam. Et postquam sepedictus dominus rex commisit dominis pallatino et castellano leopoliensibus, germano fratri<sup>l</sup> ipsius archiepiscopi et Petro Voda (s) vicecancellario; in hos omnes capitulum (f. 48v) consensit, semper domino

h tak w rkp. zapewne wyraz przekreślony przez kopistę i reddituariis rkp. j suis suis rkp. k data rkp. l fratre rkp.

<sup>2</sup> Abraham W., *Kilka szczegółów* o. c. str. 6 ustala datę tego synodu na koniec 1441 lub na pierwszą połowę 1442 roku.

archiepiscopo recusante; et sic coacti et gravati capitulum iam dictum videntes eundem archiepiscopum uti contra eos litteris anti-pape et sic adherere concilio, cuius legatus assertus, ut predictur, fuit, fungens eciam officio patriarchatus in partibus Russie. Idecirco et reverendissimum in Christo patrem dominum Ysidorum metropolitanum Grecorum venientem de Curia Romana ad divina celebranda in ecclesia Leopoliensi admittere noluit, nisi prius profiteretur auctoritatem concilii et decreta illius promicteret tenere, et eadem pretensa auctoritate sepedictus archiepiscopus cum multis dispensabat, episcopum Kyoviensem bone memorie consecravit ac episcopum Camenicensem cum capitulo suo visitavit<sup>m</sup> eosdem examinando. Item dum a diversis<sup>n</sup> personis vigore conquestus Premislie per iudices deputatos fuisset citatus, aliquando contumax pronunciatu*s* iurisdictionem pretensi concilii approbans sepius beneficium absolucionis petens obtinebat. Idcirco ipsi capitulum existimaverunt se ab eodem pretenso concilio posse tueri et defendi, causam sue appellationis ibidem sunt prosecuti in tantum, quod eo vocato<sup>o</sup> et citato excommunicari ob non responsionem libelli procurarunt. Et postmodum ulterius in causa procedendo sententiam pro se et contra eundem archiepiscopum super dicto spolio obtinuerunt et cum executoria procurarunt iterum ipsum pronunciar*i* excommunicatum tam in ecclesia et diocesi Premislien(si) quam Leopoliensi. Insuper obtinuerunt eciam lite pendente bullam ratificationis et confirmationis super fructus et proventus ecclesie parochialis ipsi mense capitulari, ut premictitur, unite et cum prefatus archiepiscopus a predicto capitulo ac aliis personis excommunicatus reputaretur et pro tali et ut talis habebatur, in divinis sibi amplius participare moluerunt, compedes et vincula afferri<sup>p</sup> demandat ipsos intendens vinculare et in domibus ipsorum custodes posuit, volens eos omni substantia privari, qui metu concussi protunc sibi ministrarunt, divinis vero peractis timentes futurum periculum ipsis imminere ad loca tuciora se transtulerunt; prefatus autem archiepiscopus ut spoliu*m* capituli continuaret et diucius in malicia sua persisteret, ludens cum consciencia non causa revertendi ad gremium Sancte Matris Ecclesie ex zelo devocionis (f. 49) nec non fidei, trantulit (se)<sup>q</sup> ad reverendissimum patrem dominum Julianum protunc legatum Sedis Apostolice in Ungaria pro beneficio absolucionis, et cum hoc obtinisset, dedit ei insuper auctoritatem excommunicandi, inhabilitandi, privandi etc. omnes et singulos obediens et adherentes prefato pretenso concilio Basiliensi, qua auctoritate, non vocatis predictis capitulo, cepit illos excom-

m visitaverit rkp. n aduersis rkp.

o vacato rkp. p afferii rkp. q brak w rkp.

<sup>3</sup> Abraham W., l.c. str. 6 ustala datę synodu (diecezjalnego przypuszczalnie na 1443 rok.



munacatos denunciare, ut rem iudicatam suffocare et causam capituli extinguere posset; deinde, ut se melius vindicare posset auctoritate S.V. extorsit ab eadem S.V. quasdam pretensas litteras apostolicas, quas profecto, si gesta, prout se veraciter habuere, narasset, nullatenus, ut creditur, obtinisset, quibus pretendit, quod non animo contra statum Romani pontificis actemptandi, sed perpetrantibus resistendi cum congregatis Basilee post translationem concilii conversatus fuerit et eadem S.V. eum absolvit a sententiis, quas ideo incurrit, dispensavit secum, habilitavit eum et restituit illum ad possessionem dicte Leopoliensis ecclesie in statum pristinum et ulterius dedit ei potestatem declarandi excommunicatos et privatos etc., quoscumque adherentes pretense concilio predicto et antipape in suis civitate, diocesi et provincia. Igitur revera, Pater Beatissime, cum hec non fecisset causa devocionis et ob reverenciam S.V., quia non invitavit aliquos ad obedienciam eiusdem S.V. et absolucionem obtinendam, prout debuisset, sed ut conculcaret statum, dedit pretensas suas litteras, per quas citavit devotam creaturam ac devotos oratores Petrum episcopum et eius capitulum Premisliense ac eciam capitulum dicte ecclesie Leopoliensis et singulares eorum personas et quosdam alios rectores parochialium ecclesiarum ac omnes consules et magistros civium quorundam tunc expressorum locorum ac magnificum virum Nicolaum Paranam (s) eorundem locorum dominum et generaliter omnes et singulos, qui in conscienciis suis se senserunt dictis Basiliensibus adhesisse, quatenus infra certum tunc expressum terminum comparerent coram eo ad videndum se declarari incidisse sentencias excommunicacionis, privacionis etc., prout eciam alias asseruit ipsos ut tales declarasse in vim litterarum domini Juliani predicti. Et licet pro parte multorum fuerit idem archiepiscopus requisitus, (f. 49v) ut ad hec non procederet, cum ipse fuit dicte adhesioni Basiliensi origo et occasio, sed deberet ipsos potius absolvere et restituere, sicut ipse absolutus et restitutus fuerat, tamen archiepiscopus suum nephandum propositum continuans eosdem episcopum, capitulum ac personas plurimas, non constituto sibi alias de huiusmodi adhesione, de quo appareat, declaravit illos premissa incidisse, a quibus pro parte dictorum episcopi et capitulorum et aliorum multorum ex eisdem declaratum extitit ad eandem S.V. et ad Sedem apostolicam appellatum. Qui tunc in sinodo provinciali <sup>4</sup> dolentes de predictis oppressionibus solempniter et publice confessi sunt obedienciam S.V. nec alium habere pro summo pontifice et quod a die assumptionis et consecracionis ad apicem summi pontificatus obedienciam fuissent V.S. et nullam rebellionis notam contra mandata S.V. et nullam rebellionis notam contra mandata

<sup>4</sup> Abraham W., l. c. ustala datę tego synodu na drugą połowę 1447 roku.

S.V. exercuissent. Et nichillominus, dum dominus archiepiscopus pro excommunicato habebatur, multi de capitulo non in contemptum clavium, sed ut talem eum reputantes in locis per eundem ecclesiastico interdicto suppositis et coram personis per eum excommunicatis celebraverunt et divinis se immiscuerunt. Premissis omnibus sic stantibus illustrissimus princeps Kazimirus modernus rex Poloniae in sua felici coronacione<sup>5</sup> audiens querelam capituli Leopoliensis predicti demandavit dominis archiepiscopo Gneznensi, Cracoviensi<sup>r</sup>, Poznaniensi, Wladislaviensi, Plocensi et Camenicensi episcopis, quatenus auditis partibus hinc inde sue regie Maiestati merita causa informarent, in quos archiepiscopus Leopoliensis consentire recusavit. Deinde coactus a<sup>s</sup> regia maiestate consensit in venerabiles doctores Johannem Elgot scolasticum et Jacobum Zaborowski canonicos Cracovienses, qui litteris suis insinuaverunt regie maiestati, quod pretactus archiepiscopus iniuriatus sit capitulo suo ac eciam singularibus personis seorsum. videlicet Francisco decano, Gregorio archidiacono, Johanni Burcardi etc.; preter hec regia maiestas precepit capitaneo Leopoliensi, germano dicti archiepiscopi, ut possessionem pristinam (f. 50) capitulo restitueret, similiter et in generali conventione Pyotrskoviensi<sup>6</sup> vive vocis oraculo et eciam scriptis cum omnibus censibus retentis restituere demandavit, Cum autem, Pater Beatissime, ex premissis appareat, quod dictus archiepiscopus premissas impetraciones non zelo iusticie, sed livore fecerit, supplicatur S.V. pro eorundem episcopi, capitulorum et personarum parte humiliter, quatenus circa eos sicut circa eundem archiepiscopum misericordiam exercentes ab omnibus et singulis suspensionis, excommunicacionis, privacionis, inhabilitacionis et irregularitatis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis, censuris et penis, quibus premissorum occasione ligati repperirentur aut alias per archiepiscopum innodati, quatenus auctoritate apostolica absolvat et cum clericis eorum eciam regularibus super irregularitate, si quam ob premissa seu qua dictis sentenciis aut eorum aliqua ligati divina celebrarunt officia seu alias se illis immiscuerunt aut forsitan ordines eciam presbyteratus susceperunt, contraxerint, dispenset omnemque inhabilitatis maculam et infamie notam per eos ideo contractam circa eos penitus aboleat ac ipsos adversus privacionem in integrum et totalem statum, quo ante incursum premissorum erant, nec non ad possessionem pristinam beneficiorum et ipsum episcopum ad eandem ecclesiam Premisliensem restituat et reponat ac deiectos a benefi-

r w rkp. wyraz ten powtórzony s et rkp.

<sup>5</sup> Koronacja odbyła się dnia 25 VI 1447 r. Długosz, *Opera omnia* T. XIV, s. 32—33.

<sup>6</sup> Pierwszy ten zjazd walny za panowania Kazimierza Jagiellończyka odbył się w Piotrkowie w dniach 23—29 VIII 1447. Długosz, *Opera omnia*, T. XIV, s. 37—38.

ciis eciam si aliis collata sint et per alios teneantur, in eorum pristinam possessionem reintucat ac per archiepiscopum et detentores huiusmodi quevis bona et fructus beneficiorum ablata eciam nomine dicte Camere et que eidem Camere effectualiter consignasse non docuerint, cum nec consignare credantur, ipsis absolutis integre restitui faciat ac ipsos capitulum Leopoliense<sup>t</sup> in eorum pristinam possessionem parrochie et eius rectorie<sup>u</sup> huiusmodi fructuumque eius predictorum eciam restituat et eis de ablatis satisfieri faciat, cum sine predictis fructibus quilibet canonicus cum vicario suo deberet in quatuordecim ducatis pro annuali censu contentari et idcirco predictam unionem de eadem parrochiali ecclesia seu parrochia dicte mense capitulari, ut prefertur, factam auctoritate apostolica approbet et confirmet ac suppleat omnes et singulos defectus, si qui forsan in illis intervenerint. Et insuper dictam parrochiam seu rectoriam<sup>v</sup> eidem mense capitulari, cuius fructus eciam centum cum sexaginta ductatis auri de Camera secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, eciam auctoritate apostolica de novo uniet et incorporet et annectet. Ita quod liceat eisdem capitulo possessionem dictarum parrochie et cure apprehendere et perpetue tenere eorumque fructus continue recipere cuiusvis licencia minime requisita, ac eciam ut ipsi capitulum monere valeant reddituarios suos et ob non solutionem censuris ecclesiasticis involvere, premissis omnibus et singulis, quorum tenores et causarum status hic habere dignemini pro sufficienter ac de verbo expressis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque et cum clausulis oportunis.

Fiat, quod non obstantibus premissis omnes absolvantur, cum eis dispensetur et restituantur episcopus ad ecclesiam Premisliensem et ceteri ad sua beneficia etc.: Quibus propterea privati fuerint et que alii canonicè non possident, satisfaciat archiepiscopus de minus iuste ablati et parrochialis de novo uniatur, ut petitur, sed super illius fructibus congrua portio pro perpetuo vicario reservetur et committatur scolastico et cantore Cracouiensibus, ita quod alter eorum etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum quinto Kalendas Maii anno secundo. R. de Noxeto. (27 IV 1448).

---

<sup>t</sup> Leopoliensem rkp. <sup>u</sup> rectoria rkp. <sup>v</sup> tu w rkp. następują wyrazy: cuius centum.